1742

generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subiiciendo, palam libere, publice, ac per expressus recognovit. Quia ipse Dnae Anna Wezykowna Rudzka Consorti suae legitimae super Bonis suis propriis et hereditariis tota videlicet et integra Villa Boratyn in Terra et Districtu praesenti Premysliensi iacen. et consistens advitalitatem et usumfructum ad extrema duntaxat vitae ipsius tempora inscribit et concedit, prout praesentibus inscripsit, concessit et assignavit. Quaequidem Bona suprascripta totam videlicet et integram villam Boratyn cum omni eorundem Iure Dominio proprietate competentiaq et praerogativa quavis, omnibusq Bonorum eorundem utilitatibus fructibus proventibus reditibus, Commodis emolumentis, obventionibus attinentiisq et pertinentiis generaliter universis praedicta Consors sua tenebit habebit et possidebit, illisq quiete et pacifice ad extrema duntaxat vitae illius tempora utifruetur. Post necem vero et de hac Luce decessum suprascriptae Consortis suae, extunc Bona memorata cum omni sua competentia et praerogativa ad successores sui Recognoscentis sine quavis vel minima contradictione Successorum praenominatae Consortis suae redire et devolvi debebunt ac tenebuntur. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Wierzbickie Coniuges

144 M. Krasinski quietant

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesen. Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosi Paulus Wierzbicki et Christina Trembinska Coniuges Legitimi sani mentibus et corporibus existentes, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusuis propriis et competentibus recedendo, praesenti

vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni
quoad Actum hunc attinet se cum Successoribus Bonisq
suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorpo-
rando atque subiiciendo, palam, libere, publice ac per
expressem recognouerunt et quilibet illorum seorsim
suo pro interesse recognouit. Quia ipsi et quidem praefa-
ta Gnosa Gnosa Cristina Trembinska Consors cum su-
prescripti Gnosi Pauli Wierzbicki Mariti, viri sui Tuto-
ris Coniugalis personali assistentia et vltroneo ad infra-
scripta recognoscenda consensu Illustrem et Magnificum
Albrachtum Krasinski Palatinum Generalem Masouiae
eiusque Successores, de summa Octingentorum Florenorum Po-
lonicalium sibi Recognoscentibus Scripto certo manuali
de data illius Lublini Vigesima Tertia Maii, Anno prae-
senti confecto ad soluendum assecurata, eum de ipso
Scripto manuali quo ad summam praedictam Octingento-
rum Florenorum Polonicalium tantummodo spectat, ob
sufficientem summae eiusdem Octingentorum Florenorum
Polonicalium praestitam persolutionem, quietant emit-
tunt dimittunt, liberumq et absolutum perpetue pronun-
tiant. Scriptum hocidem manuale quo tantummodo ad
praedictam summam, cassant mortificant et annihi-
lant. Hac sua praesenti personali Recognitione ad
praemissa omnia mediante

Wierzbickie Coniuges Magnifico Krasinskiemu roborant

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesen-
Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Gnosi Paulus
Wierzbicki et Cristina Trembinska Coniuges legitimi
sani mentibus et corporibus existentes a Terris Di-
strictibus, Iuribus Iurisdictionibusque suis quibus-
uis propriis et competentibus recedendo, praesenti
vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iuris-